φότος non habet, quo se referat. in remediiis enumerandis non hoc uno loco errasse Galenum docet vol. XII p. 556 seq., nam quae ibi scripta sunt remedia inde a verbis: τὰ ὑπὸ Άσκληπιάδον γραφέντα ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἔκτος πρὸς τὰς προσφάτους κεφαλαιγίας usque ad verba: προξυρήσας τὰς τρίχας καὶ ταυτίῳ παταδήσας φύλαττε μέχρι τῆς ἐπιούσης καὶ πάλιν ἐπιτίθει ad verbum fere repetuntur p. 579—581 et quod insequitur medicamentum p. 582 iterum invenis p. 565 (cfr. med. XIII. p. 338 = XIII. p. 986), neque mirum est huiusmodi generis errores saepius accidisse Galeno utpote qui tantas moles librorum conscripserit. hanc tamen Galeni neglegentiam cave ne transferas etiam ad eos locos, ubi de ponderibus et mensuris verba fiunt.

§ 8. De Plinii loco, qui ad res metrologicas spectat.

Priusquam ad reliqua Herae ceterorumque medicorum remedia accedamus, paucis locum illum Plinianum perstringamus, qui ad nostram comprobandum sententiam gravissimus videtur esse. dicit enim Plinius XXI. 185 hoc: ‘et quoniam in mensuris quoque ac ponderibus crebro Graecis nominibus utendum est, interpretationem eorum semel hoc in loco ponemus: drachma Attica — fere enim Attica observatione medici utuntur — denari argentei habet pondus, eademque sex obolos pondere efficit, obolus X chalcus. cyathus pendet per se drachmas X, cūm ace-
tabuli mensura dicitur significat heminae quartam id est drachmas XV.

mna quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas C¹. en tabula Pliniana ponderum et mensurarum Atticarum:

δραχμή	3,41	gr.
οβολός = $\frac{1}{8}$ δραχμή	0,57	"
χαλκοῦς = $\frac{1}{10}$ οβολός = $\frac{1}{60}$ δραχμή	0,057	"
κύαθος = 10 δραχμαί	34,1	"
οξύβαφον = $1\frac{1}{2}$ κύαθος = 15 δραχμαί	51,15	"
κοτύλη = 6 κύαθοι = 4 οξύβαφα = 60 δραχμαί	204,6	"
μνᾶ = 100 δραχμαί	341	"

testis igitur est Plinius cotylae tantae, quantam nos supra constituimus, quam vocat Atticam; testis etiam est drachmae Atticae grammatum 3,41. hanc enim drachmam gr. 3,41 significare Plinium apertum est, quia denarium argenteum idem pondus habuisse dicit. et valebat denarius argenteus Plinii temporibus gr. 3,41. denarium autem vetustiorem sive gr. 3,90 sive gr. 4,55 hoc loco neglegentius intellexisse Plinium et per se haud credibile est et miram omnium ponderum et mensurarum efficeret perturbationem. iam si inspexerimus medicos Plinianos, inveniemus omnes fere antecedere aetatem Neronianam. omnes enim qui a Plinio citantur aut modo commemorantur eius aetatis sunt, quantum quidem statui potest — nam de nonnullis nihil nisi nomen traditum est — ut ad Plinii tempora et ea, quibus denarium grammatum 3,41 in usu fuisse consentiunt viri docti, non spectent. plerosque habemus saeculi tertii, non paucos saeculi a. Chr. primi, nonnullos saeculorum quarti et secundi. a Plinii ipsius temporibus proprius absunt Xenocrates (qui scripsit intra annos p. Chr. n. 70 et 75) et Damocrates. de Xenocrate, quaenam pondera, quasnam mensuras habuerit, non constat. Damocrates vero non ea adhibuit pondera, quae debuit adhibere secundum tempora, quibus vixit, quaeque affert Plinius sed multo antiquiora. habuit enim Attica vetustiora id quod certum fit e versu eius, quem tradit Galenus (30)

σκενάζε δ' οὐτως· μνᾶν λιθαργύρου καλῆς,

μνᾶ δέ ἐστι λίτρα καὶ τρίτον λίτρας μέρος.

est igitur mina Damocratis gr. 436. itaque non sua tempora spectat Plinius sed priora. ceterum Damocratem ipsum non usum esse drachma

¹ Plinius Secundus ed. Rose p. 9, 11 locum e Plinio exscripsit mutatis nonnullis 'oportet et pondera medicinalia mensurasque nosse. drachma tres scripulos habet. drachma pondus est denarii argentei, obolus drachmae pars sexta. cyathus drachmae X. acetabulum drachmae XV. cocleare drachma dimidia (cfr. metr. scr. II 116, 8. 132, 25). mina drachmae C. sextarius medicinalis habet uncias X.'

Attica recentiore non mirabimur, cum medicos in remedii traditis saepe pondera quoque mensurasque traditas sine ulla dubitatione transtulisse per se dilucidum sit. adiciam hoc loco etiam verba illa Liviana XXXIV 52. ‘signati argenti octoginta quattuor milia fuere Atticorum: tetrachma vocant; trium fere denariorum in singulis argenti est pondus’. hanc codicum lectionem veram esse testatur Priscianus de fig. num. 13. quae hoc Livii capite narrantur ex annalibus veteribus esse desumpta comprobavit Nissenus ‘Krit. Unters.’ p. 161. veri est simillimum antiquorem denarium intellexisse annualium scriptorem. habemus igitur tetradrachmi anni a. Ch. n. centesimi nonagesimi quarti idem pondus, quod efficiunt tres denarii, quorum singulis est pondus grammatum 4,55. itaque valet tetradrachmum gr. 13,65. drachma est gr. 3,41 (cfr. Nissen Gr. u. Röm. Metrol. apud J. Muellerum Handb. der class. Altertiss. I. p. 703).

§ 9. De medicorum Galeneorum temporum rationibus.

Haud inutile fore spero, quae de illorum temporum medicis trahidit Galenus paullo accuratius inspicere. proficiscendum est ab eo loco, qui plurima continet de medicis testimonia XII. p. 989: ενδοις δ' ἀν μετὰ τοὺς παλαιοὺς Μαντία καὶ Ἡρακλείδη τῷ Ταραντίνῳ πλεῖστα φάρ μακα γεγραμμένα. ὡσαντως δὲ καὶ Μενεκράτης ἐν ἔγραψε (lib. ἐνέργῳ) βιβλίον ἀριστων φαρμάκων, ὃν αὐτὸς εἶρε τὰ πλεῖστα, καθάπερ γε καὶ ὁ Καππαδόκης Ἡρᾶς. Ἀνδρόμαχος δὲ δύο καὶ τρίτον ἐν ᾧ τὰ τῶν ὄφθαλμῶν γέγραπται φάρμακα. πλείονα δὲ βιβλία συνέθεσαν ὁ τε Ἀντώνιος Μούσας καὶ μετ' αὐτὸν Ασκληπιάδαι δύο καὶ μετ' αὐτοὺς Κρίτων. ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ τρεῖς μετὰ τὸν Ἀνδρόμαχον γεγόνασιν, Ἡρᾶς δὲ ἔμπροσθεν Ἀνδρόμαχον καὶ μετ' αὐτὸν Μούσας τε καὶ Μενε κράτης. πολὺ δ' ἔτι τούτων ἀνωτέρῳ ὁ Ἡρακλείδης καὶ ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ Μαντίας. habemus igitur hunc ordinem medicorum: Mantias, Heraclides, Heras, Antonius Musa, Menecrates, Andromachus, Asclepiadae, Criton. vel haec verba Galeni comprobant falsam illam sententiam esse, quam Hultschius secutus Fabricium in editione metr. scr. I. p. 78 habebat Heram Heraclidis fuisse discipulum. Fabricius enim nisi fallor uno illo loco nitebatur: δ μὲν οὖν Ἡρᾶς πάντῃ φαίνεται ἥκολον θητεῖν τῷ Ἡρακλείδῃ, qui certiora non continet. ceterum in ordine medicorum offendebant viri docti (dico imprimis Meyerum: Gesch. der Botanik vol. II. p. 50 sqq.). Heras enim Antonio Musa maior natu fuisse non potest, quippe qui Musae remedium suis scriptis inseruerit, id quod docet Galenus XI p. 137: ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ Μούσα φάρμακον ἐπιτη δειότατόν ἐστιν εἰς ταῦτα, ὃ κατὰ τὸν Ἡρᾶ γέγραπται τόμον. itaque

Antonii Musae nomen non recte traditum esse conclusit Meyerus. quod etiam sic conatus est comprobare, ut contenderet Antonium Musam nihil omnino scripti reliquisse. neque enim citari a Caelio Aureliano, neque a Scribonio Largo, neque a Plinio. Galenum vero semper sic de eius remediis loqui, ut appareat eum libros Musae non habuisse. quod ad primam attinet offensionem, hoc quidem negari nequit primo aspectu mirum quendam errorem videri commisisse Galenum. tamen errorem ne nimium putemus. nam facimile potuisse fieri, ut Heras et Antonius Musa sic confunderentur temporum ratio docet. vixit enim Antonius Musa Augusto imperatore, quem acerbo morbo afflictum sanavit anno a. Chr. n. 23 (Sueton. Aug. 81. Dio Cass. LIII. 30. Plin. XXIX. 1) eodemque fere tempore Heram vixisse putandum est. bis enim commemoratur a Celso V. 22; 28 (ubi iam van der Linden recte lectionem traditam Hieras correxit in Heras). scripsit autem Celsus medicinam inter annos a. Chr. n. 23 et p. Chr. 38 (cfr. Schanz Mus. rhen. 36 p. 362), eumque suae aetatis medicos auctores non habuisse constat. itaque aequalem fere Antonii Musae fuisse Heram statuemus. Musam deinde nihil scripti reliquisse ea de causa, quod non citatur a Scribonio Largo, Caelio Aureliano, Plinio concludi non potest. eodem iure Andromachum et Asclepiadem nihil scripsisse contendemus. Plinius enim neque Andromachi neque Asclepiadis scripta novit et Andromachum neque Caelius neque Scribonius commemorat. attamen videmus saepe apud Galenum remediorum Antonii Musae mentionem fieri neque semper ita, ut ea omnino scripta fuisse negandum sit cfr. Gal. XII. 636. 685. 737. 741. deinde Musae cuiusdam scripta bis praeter eum locum, quem initio posuimus, occurunt apud Galenum XIII. 14. 462. mirum profecto esset, si his locis non eum intellegereret Musam Galenus, quem optime novit, Antonium, sed eum, cuius nomen semel tradit, Petronium Musam. hunc enim intellegendum esse Meyerus concludit. Petronium Musam nominat Galenus XIII. p. 502 εἰσὶν δὲ αὐτῶν οἱ μάλιστα δοκοῦντες ἐν τῇ τῶν φρεμάκων ἐμπειρίᾳ πατωρθηένται, Πετρώνιος Μούσας καὶ Ἡρᾶς καὶ Ἀνδρόμαχος, Ασκληπιάδης τε καὶ Κρίτων. γέγραπται δὲ καὶ τοῖς περὶ τὸν Αρχιγένη τε καὶ τὸν Φίλιππον οὐκ ὀλίγα φρέματα. in hunc igitur Musam non modo scripta illa refert Meyerus sed hunc etiam eo loco commemoratum esse censet, quo de aetate singulorum medicorum agatur. ibi enim per errorem in textu nostro Galeneo pro ‘Πετρώνιος Μούσας’ scriptum esse ‘Αντόνιος’. tamen audacius mihi videtur factum uno loco nisum medico ceterum ignoto tantum inter medicos veteres concedere locum. nam quae Erotianus (Klein p. 98. s. v. νίωπον p. 117. 5.

s. v. σκύτα) et Dioscorides (Sprengel I. p. 2 ect.) de Petronio quodam afferunt, nemo argumentis comprobare potest ad Petronium Musam spectare. verisimilius mihi videtur esse omnino Petronium Musam nunquam vixisse et locum illum XIII. 502 corruptum emendandum esse, id quod iam voluit Fabricius XIII. p. 361. itaque fortasse scribendum est Πετρώνος καὶ Μούσας. quem tamen Petronium sumamus incertum est, cum Petronii medici complures vixerint.

Secuntur deinde l. l. Asclepiadae duo, quos post Andromachum vixisse contendit Galenus. quaestio est, quosnam Asclepiadas omnino hoc loco significaverit. Asclepiadem enim Bithynum qui vixit Pompei et Caesaris temporibus eum intellexisse alterum parum credibile est. difficultatem hanc quantum scio nemo adhuc expedivit virorum doctorum. tamen fortasse hac ratione rem recte interpretabimur. Galenum errasse nemo sibi persuadebit. novimus Asclepiadem φάρμακίων (XIII. 441. 642) qui vixit post Andromachum Neronis archiatrum id quod nos docet remedium XIII. 643: Ἀνδρομάχου Αἰγυπτία ἔναιμος τραυματιή, ὡς Ἀσκληπιάδης ἀνέγραψεν (cfr. quae Fabricius vol. XIII. p. 89 de Asclepiade disputavit). sed non modo Asclepiadem Bithynum et Asclepiadem pharmaciona citat Galenus sed accedit tertius Asclepiades physicus XIII p. 102 ἄλλη Ἀσκληπιάδον ἐπικληθέντος φιλοφυσικοῦ φάρμακον ἐπιτετενγμένον. hic fortasse est qui supra commemoratur, quamquam non nego hoc cognomen bene etiam ad Asclepiadem Bithynum quadrare. ceterum in primis Galenum Asclepiadem pharmaciona auctorem secutum esse insipienti opera Galenea perspicuum erit. nondum mihi contigit, ut sua utrique illorum Asclepiadarum remedia distri buere possem. itaque cum de Asclepiade verba erunt facienda de uno modo Asclepiade dicam. nam cum eisdem temporibus teste Galeno vixerint, id quod de ‘pharmacoris’ mensuris et ponderibus statuendum erit, etiam ad alterum illum quadrare verisimile videtur. restat Criton sine dubio ille de quo Martialis XI. 60. 5:

ulcus habet quod habere suam vult quisque puellam
quod sanare Criton non quod Hygia potest.

(epigramma scriptum est anno 96). floruit Criton, auctor librorum illorum ‘κοσμητικῶν’ quattuor, Traiani aetate, domus imperatoriae medicus.

§ 10. De Herae medici medicamentis.

Iam ad Heram redeamus indiciaque cetera colligamus, quibus comprobari posse videatur in usu fuisse ei drachmam illam grammatum 3,41. Galenus (40) haec tradit de Andromacho medico Romae vivente:

ἐν Ἀράμη γὰρ ἴατρεύσας τὰ πάντα τοῖς τῆς πόλεως ταύτης χρῆται μέτροις et quod de Andromacho dicitur sine dubio ad ceteros quoque medicos pertinet. tamen nimium dictum est; nam non modo Romanis sed etiam aliis mensuris utebantur medici. sed non pro nihilo hic locus habendus est. indicat enim medicos externos conatos esse mensuras externas quodammodo coniungere cum Romanis. sic etiam consilio Damocrates aequat minam suam librae Romanae uni et quartae librae parti.

Heras igitur haec habet pondera et mensuras. novit libram unciamque Romanam, μόδιον (XIII. p. 1045), χοέα, ξέστην, κοτύλην, κίαθον, κοχλιάριον (XIII. p. 297), invenimus deinde minam drachmam eiusque partes. primum videamus, mina quanta fuerit. nihil concludendum est ex eis remediis, ubi aperte Heras minam drachmis centum aestimat (cfr. XIII. p. 781), nam non indicat, qualem intellegat drachmam, nihil ex eis, ubi occurrit una mina, quarta et octava minae pars (cfr. XIII. 547, 512). graviorem locum afferam XIII. p. 546: πίττης ξηρᾶς μνᾶς α'. λιθαργύρου μνᾶς α'. μάννης μνᾶς ἡμισυ, στέατος μοσχείου μνᾶς α'. υηροῦ τοῦ Τυρόφυκου μνᾶς δ''. διποπάνακος ζή. ιοῦ ξυντοῦ μνᾶς ιζ''. υπρίου χαλκοῦ μνᾶς ἑκατόντατον. mina igitur, qua hoc loco utitur Heras dividi potest in sedecim partes. Galenus ipse sic rem interpretatus est (29), ut intellegatur mina Attica vetustior continens sedecim uncias ponderales. tamen definitionem minae sedecimae partis etiam aliter explicare possumus, ut sumamus in mente habuisse hoc loco minam Alexandrinam Heram drachmarum centum sexaginta, quam optime noverunt Asclepiades et Criton (v. i.). tum statuendum est, iam Heram novisse drachmam illam grammatum 3,41. nam drachmae 160 quarum una quaeque valet gr. 3,41 efficiunt minam Alexandrinam. sed ad alia argumenta transeamus graviora. habemus enim non pauca Herae medicamenta, quibus singulas portiones videmus continere octo drachmas. conferas XIII. p. 775: υηροῦ δραχμὰς ρ'. τερμινθίνης ζ'. οἱ δὲ ρ'. λεπίδος χαλκοῦ ἐρυθροῦ ζή. ιοῦ ξυντοῦ ζή. ἀριστολοχίας στρογγύλης δραχμὰς η'. λιβάνου ζή. ἀλὸς ἀμμωνιακοῦ ζή. ἀμμωνιακοῦ θυμάματος ζή. στυπτηρίας κεκαυμένης ή στρογγύλης ζ'. χαλκοῦ κεκαυμένου ζή. σμύρνης ιβ'. ἀλόης ιβ'. χαλβάνης ιβ'. cfr. pp. 751. 779. 786. 815. Celsus V. 22. 3. est etiam Herae compositio quae habet myrrae, chalcitidis, singulorum p. Ξ. II, aloës, thuris, aluminis scissilis, singulorum p. Ξ. IV. aristochiae, gallae immaturaes, singulorum p. Ξ. VIII. malicorii contriti p. Ξ. X (al. p. Ξ. XX). quae cum ita sint, apertum videtur esse non casu quodam illum in hunc drachmarum numerum incidisse, sed certum voluisse indicare pondus. iam uncia Romana,

quam ne Herae quidem ignotam fuisse dixi, pondus habet drachmarum octo. singulae sunt drachmae gr. 3,41: certissimum igitur est Heram horum medicamentorum rationes adplicuisse ponderibus Romanis. itaque habuit drachmam nostram grammatum 3,41. iam restat locus ille, qui summi mihi videtur esse momenti vol. XIII. p. 1042¹ Ἐλαίου Βενεφράτου (Βενεφράτον MLK) λίτρας σή. ἄλλως σν' (λίτρας σν' R ἄλλως σν' om. RM). σόνου Φαλερίνου ξέστας λ' (ολ. Φ. παλαιοῦ ενώδους ξέ. γ' K γ' pro λ' L) γλεύκοντος ἀμυνταίον (ἀμυνταίον LK) ξέστας ρή. ἐλενίον λίτρας ιβ'. σπάθης λίτρας ε'. ἀσπαλάθον λίτρας ε'. ἥδυσάρον λίτρας β' s''. μητρώας (μητρώας R) ἀρτεμισίας (ἀρτεμησίας M) λίτρας β' s''. πυπέρον λίτρας β' s'' (π. λ. β' s'' om. LM β' K). σιμύρης λίτρας γ'. οἱ δὲ λίτραν α'. πεπέρεως λευκοῦ λίτρας β' s''. σπλάγχνον λίτρας β' s'' (σφαγνοῦ ν superscr. HC R). ξυλοβαλσάμον λίτρας β' s''. ἀριστολοχίας μαρῷας λίτραν α' οὐγγίας γ'. μροσίνης (verba inde a ξυλοβαλσάμον usque ad μροσίνης om. R) φύλλων ξηρῶν (ξηρᾶς M) οὐγγίας ι' (ιβ' ML γο. α' K). λιβανωτίδος ξηρᾶς λίτρας ε' (γο. ε' K). δάφνης φύλλων ξηρῶν οὐγγίας ιβ' (verba λιβανωτ. — οὐγγ. ιβ' om. ML). βδελλίον λίτρας β' s'' (δ' καὶ ἥμισυ L δύο ἥμ. M) ἵδεως Πλλορικῆς λίτρας β' s''. στύρακος λίτραν α' οὐγγίας γ'. κασσίας ξηρᾶς λίτραν α' οὐγγίας γ'. λαδάνον (λαδάνον MK) λίτραν α' οὐγγίας γ'. καρδαμώμον λίτραν α' οὐγγίας γ'. κρόκον λίτραν α' οὐγγίας γ' (γ' s'' codd. K). βαλσάμον καρποῦ λίτρας β' s''. λιβάνον λίτρας ε'. κροκομάγματος λίτρας ε'. πάνακος λίτραν α' οὐγγίας γ'. καλάμον ἀρωματίτον (ἀρωματικοῦ LMK) λίτρας ε'. ἀσάρον (ἀσσάρον M) λίτρας β' s''. κασσίας μελαίνης λίτρας β' s''. ἀμώμον σταφυλῆς λίτραν α' οὐγγίας γ'. σχοῖνον (σχαίνον R σχίνον M) ἄνθον λίτρας ε'. κόστον λίτραν α' οὐγγίας γ' (λίτρας ε' γο γ' LMK). νάρδον Κελτικῆς λίτρας ε' (Κελτικοῦ RLK). μελιλώτον λίτραν α' οὐγγίας γ'. σαμψύχον λίτραν α' οὐγγίας γ'. ύδων ξηρῶν λίτραν α' οὐγγίας γ'. τήλεως λίτρας β' s'' (τ. λίτρ. s'' η λίτρας β' s'' K) ὅποβαλσάμον ἀγγεῖα μικρὰ ε'. statim hoc medicamentum insipienti perspicuum est saepissime has admisceri portiones: λίτρας ε' (octies) λίτρας β' s'' (duodecies) λίτραν α' οὐγγίας γ' (duodecies), quae definitiones, si drachmis exprimuntur sunt: drachmae 480, 240, 120 sive grammata 1635, 818, 409. i. e. pondus cotylarum Atticarum recentiorum duarum (sive sextarii unius), quattuor, octo. itaque hoc quoque loco Heras pondera mensurarum sibi usitatarum transtulisse videtur et adaequasse ponderibus Romanis. et haec quidem ex Herae remedii

¹ ad restituendum medicamenti textum usus sum codicibus RLM (v. s.), editione Kuehniana.

potuerunt enucleari. hoc sine dubio quisque concedet, eum iam ea drachma usum esse, quam a Nerone Romae institutam esse constat. accedit deinde quod Galenus ipse hac pondera et mensuras testatur et convenit Plinii ille locus de mensuris et ponderibus Atticis optime cum Herae mensurarum rationibus.

§ 11. De Andromacho.

Iam ceteros medicos, quos imprimis secutus est Galenus in conscribendis medicamentis perlustremus. sunt Andromachus Asclepiades Criton.

In Andromachi medicamentis occurunt libra, uncia, mina, drachma sextarius, cotyla, cyathus. drachmam ei in usu fuisse grammatum 3,41 optime ea de re perspici potest, quod uno loco libram Romanam exprimit drachmis nonaginta sex, selibram drachmis quadraginta octo. cfr. XIII. p. 909: *λιθαργύρου* $\angle\mu\delta'$ (l. 1 $\frac{1}{2}$) *έλαιον* *κοτύλας* ε' ἀσβέστον $\angle\mu\eta'$ (l. 1 $\frac{1}{2}$) *λιβάνου* $\angle\mu\eta'$ *χαλκοῦ* *κεκαυμένου* $\angle\mu\eta'$ *τερμηθίνης* $\angle\mu\eta'$ *ἀριστολοχίας* $\angle\mu\eta'$ *πίττης* *δραχμὰς* $\gamma\varsigma'$ (= 1 l.) *κηροῦ* $\angle\gamma\varsigma'$ *ἀμμωνιακοῦ* $\angle\gamma\varsigma'$ cfr. p. 981. ad eandem drachmam ducimur eis remediis — sunt sexcenta — quibus in modum certi ponderis ponuntur octo drachmae; est enim uncia Romana id quod modo iam apud Heram valere vidimus. cfr. XIII. p. 492. 493. 505. 650. 926. 928. 977. 980 etc. eandem porro indicat drachmam remedium, quod invenimus XIII. p. 79 s. *ὅδων* *ἄνθοντος*, *δόπιον*, *ἀκακίας*, *κόμμεως*, *βαλαντίον*, *ὑποκνωτίδος* ἀνὰ γο. γ' *κηρίδος* γο. β' *ἀργογλώσσον* *σπέρματος* *καὶ* *χυλοῦ* ἀνὰ γο. β' *λυκίον* *Ινδικοῦ* γο. α' *ὅδων* *χυλοῦ* γο. α' *ἀναλάμβανε* *τροχίσκους* ἀνὰ $\angle\alpha'$. si igitur unciae viginti sex dividenda sunt in partes singulas drachmae unius, intellegatur necesse est drachma grammatum 3,41 ut habeamus *τροχίσκους* ducentos octo¹. eiusdem generis plura Andromachi sunt medicamenta.

¹ hanc rationem interpretandi medicamenta rectam esse paucis exemplis comprobare mihi licet. legimus apud Galenum XIII. p. 90 Andromachi remedium hoc: *ἀνίσου* $\angle\beta'$ *ὑοσκυάμου* *σπέρματος* $\angle\beta'$ *μηκωνετοῦ* $\angle\alpha'$ *σελίνου* *σπέρματος* *δραχμὰς* β' *χρόκου* *τετραβόλον* *ὅδων* *ηγρῶν* $\angle\alpha'$ *σμύρνης* $\angle\alpha'$ *ἀμύμου* $\angle\alpha'$ *λεῖα* *σὸν* *ῆδατι*, *ἀνάπλαττε* *τροχίσκους* λβ'. sunt igitur drachmae $10^{\frac{2}{3}}$ quas dividi vult Andromachus in portiones triginta duas. habemus igitur singulae partis pondus obolorum duorum. idem accidit in remedio Andromachi quod legimus XIII. p. 96 *ὑοσκυάμου* *σπέρματος*, *μήκωνος* *δόπου*, *ἀμύλου* ἀνὰ *δραχμὰς* β' *ἀνίσου* *δραχμὴν* α' *ναρδοστάχυος* $\angle\alpha'$ *χρόκου* $\angle\alpha'$ *μέλιτον* *Σινωπικοῦ* *τριώβολον* ή *Αηγυνίας* $\angle\alpha'$ *ποτει* *τροχίσκους* λ'. δίδου δύο εἰς νύκτα *σὸν* *ῆδατι*. decem drachmae enim efficiunt partes triginta, quarum singulae valent obolos duos. ceterum Andromachus

Novit deinde Andromachus sine dubio unciam metricam quod intellegitur ex remedio XIII. 491. ἀμιστικοῦ θυμιάματος $\angle\eta'$ λεπίδος $\angle\iota\beta'$ μάνης $\angle\eta'$ ἐγτίνης ἔηρᾶς $\angle\iota\beta'$ ιοῦ $\angle\eta'$ στέατος μοσχείον $\angle\iota\delta'$ ἐγτίνης τερμανθίνης $\angle\eta'$ κηροῦ $\angle\lambda'$ ἑλαιόν κνάθον τέταρτον. ad miscet igitur remedio olei cyathi partem quartam. sumamus voluisse Andromachum cyathum Romanum gr. 45,6 iam est quarta pars 11,4 i. e. uncia metrica dimidia, quod ad oleum non male quadrat. olei cyathum dimidium idem saepius adhibet cfr. XIII. p. 493.

Cotylam semper videtur adhibuisse Romanam. quod ea de re concludendum est, quod partes cotylae apud eum occurunt sedecima XIII. p. 90. 506. 929 octava XIII. p. 495. 650. 907 quarta XIII. p. 529. 806. itaque statuendum est cotylam Andromachi pondo valuisse drachmas recentiores octoginta i. e. gr. 273. sic enim est pars sedecima dr. 5, octava dr. 10, quarta dr. 20. praeter cotylam Romanam usus est fortasse cyatho Attico recentiore grammatum 34,1 (de hoc cyatho infra plura adnotabo). saepius enim invenimus in Andromachi remediis singularum partium cyathos octo, ut mensuram maiorem videatur significare XIII. p. 246. 251. etc. i. e. cotylam Romanam, quae continet cyathos Atticos recentiores octo.

Minam deinde habet drachmarum centum. semel XIII. p. 429 videamus adiecissemus remedio Andromachum drachmas centum sexaginta argenti spumae, ut minam Alexandrinam eum voluisse exprimere credere possis. incertum tamen est, cum hunc drachmarum numerum saepius non adhibuerit.

§ 12. De Asclepiade et Critone.

De Asclepiade haud fere aliter iudicandum est quam de Andromacho. primum enim eadem fere mensurae eademque pondera apud Asclepiadem inveniuntur quae apud Andromachum. deinde apud Ascle-

huic portioni favisse videtur. nam obolos duos saepissime apud eum legis cfr. XIII. 239. 240. 241. deinde non supervacaneum est his remediis duobus adiecissemus tertium et quartum. XIII. 110: ἀβροτόνου, πηγάνου ἀκρεμόνων, ἀψινθίου κόμης ἀνὰ $\angle\delta'$ κόψιας καὶ σήσας, ὅξει φυράσας ποτε καταπότια δεκαδύο καὶ δίδου μετ' ὁξυμέλιτος. continet igitur remedium καταπότια duodecim. singulis est dr. una. XIII. 115. νάνος $\angle\alpha'$ ἀλὸς $\angle\alpha'$ νίτρου τριώβολον ποιήσας ὄκτὼ καταπότια κτλ. valent singulae portiones 15 χαλκεῖς cfr. XIII p. 303 etc. in huius generis remediis in primis dolendum est, quod libris antiquis ratio nondum habita est. nam cuiusque remedii totam portionem dividi posse singulorum catapotorum portionibus per se dilucidum est. tamen non pauca extant remedia, quibus hoc fieri nequit numeris sine dubio corruptis.

piadem quoque ingens numerus adest remediorum eorum, quibus usus est drachmis octo, sedecim, quattuor pro una uncia, duabus, dimidia. cfr. XIII. p. 108. 166. 526. 742. 819. 826. 867 etc. drachmam recentiorem Asclepiadi usitatam fuisse etiam ex eis medicamentis intellegimus, in quibus portio aegroto danda accuratius definitur. adponam unum XIII. 162 κρόνους $\angle\beta'$ νάρδον $\angle\beta'$ νοσκινάμον σπέρματος $\angle\alpha'$ δλόης γο. α' βαλανσίον γο. α' τραγανάνθης γο. α' πεπέρεως λευκοῦ γο. α' ἀκακίας γο. α' δήνου Ποντικοῦ γο. α' δούς Συριακοῦ τοῦ ἐπὶ τὰ ὅψα γο. α' δόδων χυλῷ ἀφεψημένων ἐν οὐνῷ αὐστηρῷ ἀναλαβών, ποίει τροχίσοντος ἀνὰ $\angle\alpha'$. efficiunt unciae septem et drachmae quinque portiones sexaginta pendentes drachmam unam.

Minam saepe adhibuit Asclepiades Alexandrinam grammatum 546, drachmarum centum sexaginta. commemoratur enim σμύρνης μνᾶς ἐκπαιδέκατον XIII. p. 746 et saepissime ὕδοον ib. et p. 347. 348. minam intellegendam esse Alexandrinam non Atticam vetustiorem unciarum sedecim, quam Heram adhibuisse Galenus putavit v. s., ea de causa apertum est, quod non raro in Asclepiadiis remediis invenitur pondus drachmarum centum sexaginta cfr. XIII. p. 538. 540. 645 (ceterum haec mina haud male quadrat ad cotylam illam Romanam gr. 273. est enim duplum). habuit Asclepiades etiam minam drachmarum centum XIII p. 745. 804. 934. tamen utrum indicet minam recentiorem an vetustiorem discerni nequit.

De cotyla Asclepiadiis idem statuendum videtur esse, quod modo in Andromacho tractando posuimus. saepe enim legitur in eius remediis mensura cyathorum octo cfr. XIII p. 245. 251. 342. quos locos sic interpretor voluisse significare Asclepiadēm cotylam Romanam et cyathum Atticum recentiorem grammatum 34, 1.

Ad Critonem accedamus cuius remediis non modo drachma Attica recentior sed etiam cotyla nostra gr. 204 inesse videtur. drachmae Atticae sufficiat exempla proposuisse XIII. p. 795. XII. p. 486. 488. graviores videntur esse loci hice: XIII. p. 797 ἀριστολοχίας στρογγύλης γο. α' χαλβάνης γο. α' etc. etc. τερμινθίνης οὐγγίας ζ' s'' κηροῦ οὐγγίας ζ' s'' ἔλαιον ὀμφακίνον οὐγγίας ζ' s''. verisimile videtur esse, quod olei admiscet uncias septem et dimidiā — sumendum enim est intellegere eum uncias ponderales — voluisse eum exprimere mensuram et efficiunt unciae $7\frac{1}{2}$ grammata 204. idem comprobat remedium quod exponit Galenus XIII. p. 879: ἐψήματος ἴσχάδων κνάθοντος δ' s''. nam si cyathum ponimus gr. 45,5 habemus mensuram grammatum 204,7. et nescio an idem quoque indicetur medicamento XIII. p. 36. ibi enim

loquitur Criton de novem unciiis μέλιτος. at mel mensura metiebantur Romani. itaque si metricam unciam hoc loco intellegendam esse putamus iterum existit cotyla gr. 204.

Minam aetimasse Critonem drachmis centum ipse Galenus testatur (collect. nostr. 41) . . . τῷ δὲ Κρίτωνι πάμπολυ μνᾶς ἡμίσειαν κελεύοντι βάλλειν, ὅπερ ὡς πρὸς τὴν τῶν ἄλλων αὐτοῦ μηγμάτων ἀναλογίαν εἰς πεντήκοντα δραχμὰς ἔξηρει.

Iam igitur medicorum veterum testimonii ea comprobare conatus sumus, quae Galenus de mensuris profert et ponderibus Atticis. nonnulla argumenta eorum quae protuli dubitationem admittere haud ignoro. tamen summam rem omnes concessuros esse spero iam ante Neronem fuisse in Graecia drachmam illam grammatum 3,41, fuisse etiam in Graecia non easdem semper mensurarum rationes quas a Solone institutas esse traditur, sed commutatas esse mensuras et pondera, et minora facta, quam fuissent. mensuras et pondera nova iam ante notissimam illam inscriptionem (C.I.A. II, 476) in Attica fuisse mihi certissimum est, id quod hoc loco non exponam. quam veteres illae mensurae minores sint et ipse docet Galenus: ἐκ πολλῶν φαρμάκων πάλαι συγγεγραμμένων πρὶν ἐς τοσοῦτον δυνάμεως ηὔξησθαι τὰ τῶν Ρωμαϊών κτλ.

§ 13. De ceteris mensuris a Galeno descriptis.

Restat ut de ceteris quoque mensuris, de quibus accuratius Galenus agit nonnulla adiciam.

Incipiendum est a summa mensura congio, qui aestimatur a Galeno sextariis sex. sic vulgo traditur. coll. nostr. 40 intellegitur congius Romanus. nam addit Galenus τῶν Ρωμαϊκῶν ξεστῶν. quod attinet ad eam definitionem, quae tribuit congio 6 cotylas recte mihi videtur statuisse Hultschius metr. scr. ind. II. p. 227. χοῦς 4 'nec audiendus Galenus, qui ambigit, utrum congio 6 cotylas an 6 sextarios tribuat'. Galenus enim, ut omnino de hac re quaestionem institueret et poneret, quae veritate aliena essent, motus est sine dubio, quia comprobare voluit in parando hicesio nigro Heram simplicem Critonem duplicum Andromachum triplicem fere singularum partium portionem admiscuisse medicamento. quod tamen probari nequit. nam insipientibus remedia trium illorum apertum fit non una re analogiam illam perturbari.

In tabula mensurarum continere significavi congium Atticum recentiorem litras, quod nos dicimus 2, 456. quod et ea de causa statuendum esse putavi quia congius valet cotylas 12 — et sunt cotylae

12 Atticae recentiores (12 × 0,2047) ltr. 2,456 — et quia loci extant complures, qui congio tribuunt drachmas septingentas viginti:

1. tab. de mens. ac pond. vet. H. metr. scr. I. 208. 24 ὁ δὲ χοῦς ἔστι μέτρον Ἀττικόν, κοτύλαι Ἀττικαὶ β'. σταθμοῦ δὲ ἄγει ὀλκὰς ψκ'.

2. Cleop. tab. H. p. 236. 7. ὁ χοῦς ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλας Ἀττικὰς δώδεκα, ξέστας δὲ σ', χοίνικας δὲ δ', σταθμῷ δὲ ἔχει ὁ χοῦς \angle ψκ'.

3. decima mens. et pond. tab. H. p. 242. 17 ὁ δὲ χοῦς ἔστι μὲν μέτρῳ κοτυλῶν Ἀττικῶν το', σταθμῷ δὲ ἄγει \angle ψκ'.

drachmas intellegendas esse Atticas recentiores apertum est. nam drachmae veteres 720 mensuram efficiunt litrarum 3, 139, quae omnino cogitari nequit. sunt igitur drachmae 720 gr. 3,41 = gr. 2455.

Sequitur sextarius ξέστης. continet uncias ponderales viginti. has enim uncias intellegendas esse supra docui. hoc loco concedendum quidem est non satis aptis verbis uti Galenum. recte autem eos errare dicit (43) qui contendant sextarium Romanum uncias metricas habere duodeviginti i. e. gr. 409. Atticus enim recentior indicatur. et re vera hanc magnitudinem eum habere paucis comprobem adhibitis iterum ceterarum tabularum definitionibus. consentiunt primum tabulae continere sextarium cotylas duas. qua tamen definitione, cum non apertum sit quamnam adhibeamus cotylam, concludi nihil potest. pendit enim gr. 409 sextarius, si ponimus cotylam Atticam recentiorem, sive gr. 546, si Romanam heminam. graviores ei loci sunt, quibus sextarius aestimatur drachmis centum viginti:

1. tab. de mens. et pond. vet. H. p. 208. 26. ὁ δὲ ξέστης μέτρούμενός ἔστι κοτύλαι β', σταθμοῦ δὲ ὀλκαὶ ρκ'.

2. tab. Cleop. H. p. 235. 18. ὁ ξέστης μέτρῳ μὲν ἔχει κοτύλας β' σταθμῷ δὲ \angle ρκ'. καλεῖται δὲ παρὰ Αἰγυπτίοις ὁ ξέστης ἵπον².

3. dec. mens. et pond. tab. H. p. 242. 19 ὁ δὲ ξέστης μέτρῳ μὲν κοτυλῶν β', σταθμῷ δὲ ἄγει \angle ρκ'.

his enim locis aperte significatur sextarius gr. 409, quia intellegenda

¹ locis 2 et 3 congium Ptolemaicum significatum esse putat Hultschius. qua de causa nescio. nam cum semper addatur κοτυλῶν Ἀττικῶν, mensurarum Atticarum mentionem fieri appetet.

² non possum mihi persuadere tabulam Cleopatrae in Aegypto ortam esse (Hultschius proll. ad scr. metr. gr. I. p. 109). in primis enim agitur de ponderibus et mensuris Atticis et ubi commemorantur Aegyptia non primo loco nominantur sed ultimo. sine dubio de hac tabula idem iudicandum est, quod de ceteris. nam et in his et in illa pleraque definitiones pertinent ad mensuras et pondera Attica et Romana, quibus interdum adponuntur aliarum gentium pondera et mensurae.

est drachma grammatum 3,41. si enim sextarium Romanum dividimus in partes centum viginti, existit drachma grammatum 4,56 i. e. denarius Romanus vetustissimus, quem his tabulis inesse negandum est.

De cotylis drachmarum 60, unciarum 9, 10, 12, 16, 16^{1/2}, librae unius iam supra verba feci. hoc loco adnotandum est recte κύαθον sextam cotylae partem statuere Galenum. est autem cyathus sexta pars et cotylae gr. 273 i. e. gr. 45,5 et cotylae nostrae gr. 204,7 i. e. gr. 34,1. ut modo sextarius Atticus recentior ceterarum tabularum definitionibus nitebatur, sic etiam cyatho minori argumento sunt istae tabulae; definitur enim cyathus aut decem drachmis aut una uncia et quarta parte:

1. tab. de mens. et pond. vet. H. p. 208. 10. ὁ δὲ κύαθος ἔχει ποτύλης ἔπτον, ὀλκὰς ἵ (η' mss. corr. Christ. v. Fleckeis. ann. 1865. p. 368).

2. Cleop. tab. H. p. 235. 10. ὁ κύαθος ἔχει Λίη γο. α' καὶ οὐγίας τεταρτημόριον.

3. dec. mens. et pond. tab. H. p. 242. 26. ὁ κύαθος ἔστι δραχμῶν δέκα.

4. tert. coll. pond. et mens. H. p. 252. 7. ὁ κύαθος ἔστιν Λί.

5. quarta coll. pond. et mens. H. p. 256. 11. ὁ κύαθος ἔγει δραχμαὶ μᾶς ἵ. τὸ Σ".

decem drachmae pondus efficiunt grammatum 34,1. idem valet una uncia ponderalis et quarta pars. hanc cyathi definitionem hac una ratione explicare possumus nisi forte iterum concedendum est voluisse illos scribere denarium grammatum 4,55¹.

¹ quoniam tabulis illis ponderum et mensurarum ad cyathum nostrum Atticum recentiorem restituendum usus sum, liceat mihi adicere omnes definitiones, quae in tabulis illis de cyathis extens sine negotio referri posse ad duos cyathos: Atticum vetustiorem sive Romanum et Atticum recentiorem. hoc enim puto summo opere enitendum esse, ut quantum fieri possit, quae diversa de singulis ponderibus et mensuris tradita videntur, coniungamus et comparemus, non ut definitionibus, quae interpretatione carere videntur singularem locum concedamus et per se stare patiamur. his definitionibus exempli causa attribuo eas, quae cyathum pondo valere uncias duas docent:

1. περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν ἐπιπατριῶν H. p. 238. 5 ὁ κύαθος ποιεῖ γο. β'.
2. quarta collect. pond. et mens. H. p. 257. 1 ὁ κύαθος ποιεῖ γο. β'.
3. fragm. Euseb. H. p. 277. 1. b. κύαθος γο. β'.
4. ex Hesych. excerpt. H. p. 321. 1. κύαθος δέχεται ὑγροῦ τυνος οὐγγίας β'.
5. e Phot. excerpt. H. p. 329. 17. κύαθος, ἀντλητήριον, μέτρον ὑγροῦ ὄγκιῶν δύο.
6. e Suid. excerpt. H. p. 339. 2. κύαθος ἀντλητήριον, μέτρον ὑγροῦ, οὐγγιῶν β'.

Quaestio difficilior exoritur de acetabulo. dicit enim Galenus (60): *δαύκον σπέρματος ὁξύβαφον ὅ ἐστιν γο. α'* (i' R). quod cum nulla mensura tradita congruit. itaque codicum lectionem corruptam esse censeo. facillime huic loco medelam afferemus scribendo *ὅ ἐστιν γο. γ'* intellegentes uncias metricas et acetabulum Romanum (cfr. frag. Euseb. metr. scr. I. p. 277. 5. a *ὁξύβαφον γο. γ'*). nam continet acetabulum Romanum tres uncias metricas 6,82 gr. idem efficitur corrigendo *γο. β' s'* quod si verum esset — sed minus verisimile videtur — unciae ponderales essent.

Acetabulum Atticum recentius continere 'litras' 0,052 in tabula posui. nam est cotylae quarta pars. hanc vero acetabuli definitionem rectam esse iterum ceterae illae tabulae docent. legimus enim:

1. tab. Cleop. H. p. 235. 20. *τὸ ὁξύβαφον ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλης τέταρτον, κνάθον α' s'*, σταθμῷ δὲ $\angle \iota\epsilon$.

2. dec. mens. et pond. tab. H. p. 242. 23. *τὸ ὁξύβαφον μέτρῳ μὲν κοτύλης τέταρτον, ὅπερ ἐστὶ κνάθος εἰς ἡμισυ, σταθμῷ δὲ ἔχει δραχμὰς ιε'*.

3. quarta coll. H. p. 256. 6. *τὸ ὁξύβαφον ἔχει ὥ δ', κνάθον α' s'*, σταθμῷ δὲ $\langle o \rangle \langle o \rangle \iota\epsilon$. efficiunt autem drachmae quindecim, quarum singulae sunt gr. 3,41 grammata 52.

De ceteris mensuris quas commemorat Galenus non multum habeo, quod adiciam. exscripsi enim testimonia non ea de causa, quod diversarum inter se mensurarum indicant rationes, sed quod notiones continent memorables. primum est *κεράτιον* i. e. amphora Romana. quanta sit, non adponit Galenus. tamen adnotandum est potuisse omnino deliberari de cerami magnitudine. et extabat praeter amphoram Romanam ceramum Aegyptium Ptolemaicum cfr. Hultschium Metrologie² p. 624.

hunc enim cyathum Hultschius appellat 'hippiaticum'. facere non possum quin de his medicorum equariorum mensuris maxime dubitem. uno loco (1) sententia ista nititur. praeter hunc locum nemo unquam quidquam audivit de illorum medicorum mensuris privatis neque credibile est illos suas habuisse mensuras et pondera. quod gravissimum est mensurae, quas continet tabula illa — nam totam tabulam medicis illis tribuit Hultschius — etiam aliis locis occurunt, ubi de medicis equariis cogitari omnino nequit. itaque mihi verisimillimum videtur '*Ἴππιατρικὰς*' illas mensuras dici, quod desumptae erant e libro quodam 'de medendis equis'. rem ipsam facillime ita interpretari possumus. habemus cyathum unciarum duarum, semel definitioni cyathi adicitur, '*δέχεται ὑγροῦ τίνος*' bis μέτρον ὑγροῦ. his igitur locis unciam veterem metricam intellegemus. itaque hic cyathus 'hippiaticus' tantundem valet, quantum cyathus ille Romanus i. e. gr. 45,43.

ne hoc quidem omittendum est scribere Galenum: πόσων γὰρ εἶναι
βούλεται λιτρῶν Ἰταλικῶν η̄ ξεστῶν τὸ κ. nam vult sine dubio olei
libram veterem minorem sextarii dimidium.

Medium semper appellat Galenus ‘Italicum’.

Cochlearia tria enumerantur κοχλιάριον, κοχλιάριον μικρόν, κοχ-
λιάριον Ἀφρικανόν. quod ad primum et secundum attinet eae fortasse
intellegendae sunt mensurae, quae saepius commemorantur scripulorum
6 et 3 cfr. Cleop. tab. H. metr. scr. p. 238. 7. tert. coll. pond. et mens.
H. p. 252. 13 etc. κοχλιάριον Ἀφρικανὸν hoc uno loco occurrit.

Ad mystrum denique accedamus necesse est; unum illum locum
invenire potui (65), qui fortasse definitionem continet. quod tamen valde
dubium videtur. nam editio Aldina omnino non exhibet verba illa ἦτοι
γο β' et editio Basileensis scribit η̄ καὶ δύο. et si omnino verbis illis
pondus mystri aestimatur putandum est codicum scripturam non recte
traditam esse. non enim illum extat mystrum, quod pondus habeat
unciarum duarum. scribendum est si ἦτοι verbum tenere volumus: ἦτοι
κοχλιάρια β' cfr. Cleop. tab. H. metr. script. p. 238. 13. τὸ δὲ μύστρον
κοχλιάρια β'. ὡς εἶναι τὸ κοχλιάριον Φ δ''.

§ 14. De medici cuiusdam Pompeiani ponderibus.

Nuper (die II mensis Septembr. anni 1887) Pompeis (reg. IX.
ins. 7^a n. 4) reperta sunt ferramenta nonnulla chirurgorum, libra cum
ponderibus octo, mensura longitudine pedis Romani, duae thecae cala-
mariae, ut medici cuiusdam domum effossam esse concludendum sit.
Pondera illa qui descriptis et illustravit Sogliano¹ cum rem gravissimam
haud recte intellexisse videatur, iterum paucis perlustrare mihi liceat.
sunt igitur octo, maiora tria, minora quinque. priora quorum duo aere
consistunt, unum marmore, pondus habent grammatum 27,70; 56,55;
85,02 ut non dubium sit, quin unciae Romanae una, duae, tres intelle-
gendas sint². animadvertisendum tamen est paucō graviora esse pondera
quam quae respondeant uncisi usitatis grammatum 27,288, primum parte
sexagesima octava, alterum vicesima nona, tertium vicesima septima,
id quod sine dubio ferrugine adhaerescente factum est. minora quinque
forma quadrata litteris graecis signata hoc habent pondus:

¹ Atti della R. Accademia di Archeologia, Lettere e Belle Arti vol. XIV.
p. 75 sqq.

² pondus minimum uno puncto, secundum duobus signatum est, tertium mar-
moreum signum non exhibet.

$\Delta = \text{gr. } 13,94$

$\epsilon = \text{gr. } 17,50$

$\rho = \text{gr. } 20,60$

$\zeta = \text{gr. } 24,85$

$\iota = \text{gr. } 35,75$

quae Sogliano ita interpretatus est, ut primum quadruplum esse conteneret certi ponderis grammatum 3,50, secundum quinques tantum etc. certumque illud pondus esse dimidium stateris Campani. cui interpretationi non pauca obstant. nam quod supra in unciis vidimus graviores esse factas tempore, idem sine dubio de nostris ponderibus contendendum est. deinde quod non parvi aestimo, significatio illa litterarum graecarum non convenit Sogliani sententiae; si enim pondera signis denotabantur non ita factum est, ut ad singulos numeros suppleretur dimidium ponderis cuiusdam, sed pondus ipsum. itaque hoc loco non scribendum erat $\Delta = \text{gr. } 13,94$ sed B ut intellegerentur stateres ipsi non dimidii. quod gravissimum est nummi Campani ipsi Soglianum refellunt. soli enim temporum antiquissimorum stateres id pondus habent, quod ille usitatum fuisse contendit. itaque si eum sequamur, ponderibus nostris vetustissimum staterem expressum esse sumendum est. quod parum verisimile videtur esse. contra (cfr. Hultschium Metrol.² p. 678⁴) e nummis servatis concludendum est usitatum stateris pondus omnibus fere temporibus fuisse gr. 6,6—6,7. quibus de causis aliter rem interpretandam esse censeo ita, ut drachmam nostram grammatum 3,41 litteris graecis significatam esse sumam. iam igitur has rationes habemus:

$\Delta 13,94 — 13,64 (1/_{46})^1$

$\epsilon 17,50 — 17,05 (1/_{39})$

$\rho 20,60 — 20,46 (1/_{147})$

$\zeta 24,85 — 23,87 (1/_{25})$

$\iota 35,75 — 34,10 (1/_{22}).$

hoc modo omnes difficultates istas de medio sublatas esse nemo est quin concedet. de tempore, quo pondera nostra orta sint certi nihil habeo. sint ceterum orta post annum sexagesimum p. Ch. n. tertium, dubium valde est, num tam brevi temporis spatio novum denarii pondus in medici Pompeiani tabernam dilatum sit; et si re vera denarius novus ponderibus exprimebatur, mirum quod litteris graecis incisa erant.

¹ primum pondus, quod debuit esse grammata 13,64 gravius redditum est parte quadragesima sexta.

Vita.

Natus sum Ericus Antonius Pernice Gryphiswaldiae a. h. s. LXIV die XIX mens. Dec. patre Hugone, matre Agnete de gente Bennecke, quibus superstitibus adhuc gaudeo. fidei addictus sum evangelicae. exente anno MDCCCLXXIII in gymnasium civicum quod Steinhausenii auspiciis floret receptus per novem annos bonis litteris instructus sum. dimissus cum testimonio maturitatis mense Sept. anni MDCCCLXXXII Berolinum me contuli studiis philologis et archaeologis operam daturus. ibi per bis sex menses moratus sum. deinde Gryphiswaldiae et Culmae stipendium merui, unde missus Bonnae versatus sum cuius universitatis per septies sex menses fui civis.

Docuerunt me viri clarissimi Diels, Kirchhoff, Mommsen, Robert, Vahlen Berolinenses, Preuner, Schuppe Gryphienses, Buecheler, Kekulé, Kueppers, Luebbert, Nissen, Rein, Schwartz, Thode, Usener, Wilmanns Bonnenses.

Seminarii philologi Bonnensis per ter sex menses fui sodalis extraordinarius, deinde Buecheleri Luebberti Useneri insigni benevolentia factum est ut in seminarium philologorum regium reciperer, cuius sodalis ordinarius fui per ter sex menses. seminarii historici exercitationibus ut interesse benigne permisit Nissen, archaeologis Kekulé, Robert, philologis Buecheler, Diels, Schwartz. Sodalibus seminarii geographicis benigne me adscripsit Rein.

Quibus viris omnibus gratias ago maximas. In primis vero Buecheleri, Kekuléi, Nisseni, Useneri memoriam grato semper animo colam.

IV

(Cap VI d J G) ondēpōtī hñtq dēqñmēs vñctu mñ)

Scñllibñ sñbñm nñc sñc mñt mñ dñjñl sñ

lñndñ sñbñm sñpñm mñt mñ dñjñl sñpñm

sñpñm sñpñm sñpñm sñpñm sñpñm sñpñm sñpñm)

81 III Metellus apud lib. O. tñpñ dñmñm

Sententiae controversae

I.

Inscriptio de ponderibus et mensuris publicis C. I. A. II, 476 summi momenti est ad definiendum tempus mensurarum et ponderum Atticorum recentiorum.

II.

Eurip. Hec. 640 ss. (Nauck) sic lego:

*κοινὸν δ' ἐξ ἴδιας ἀνοίας
κακὸν τῷ Σιμοντίδῃ γῆ
δλέθριον ἔμολε συμφορά θ' ἀπάντων.*

libri συμφορά τ' ἀπ' ἄλλων.

III.

Philem. fr. inc. 37 (Meineke):

*ῳ γέρον, ἐπὰν ὥδης γέροντα κείμενον
μηδὲν ἐπερώτα· πάντα γὰρ κακῶς ἔχει·
‘καλὸν τὸ θνήσκειν’ ἐστὶν ἐπὶ τούτῳ λέγειν.*

libri καὶ μόνον.

IV.

Hes. op. et dies v. 232—237 e descriptione quadam saeculi aurei desumpti sunt.

V.

Plutarchus librum *περὶ φιλίας* omnino non scripsit. fragmentum quod affert Stobaeus II p. 161, 8 (Wachsm.) desumptum est e Plutarchi *περὶ εὐθυμίας* libri capite X. itaque apud Stobaeum pro ‘*περὶ φιλίας*’ scribendum est ‘*περὶ εὐθυμίας*’.

VI.

Qui carmen adscripsit parieti Pompeiano (C. I. L. IV 1837):

si pot(e)s et non vis, cur gaudia differs?

spemque foves et cras usque redire iubes?

(er)go coge mori, quem sine te vivere cogis e. q. s.

memoria tenuit Ovidii versum Heroid. III 140:

‘quam sine te cogis vivere, coge mori’.
(ad verba ‘cur gaudia differs’ cf. Ov. Metam. IV 350. VI 514 Heroid. XIX 3. Amor. III 6. 87).

VII.

Inscriptio Pompeiana (Sogliano: ‘giornale degli scavi di Pompei 1874 p. 18 n. 4’):

Semper · M · Terentius Eudoxsus
unus supstenet amicos · et · tenet
et · tutat supstenet · omne modu.

vetus continet distichon. qui scripsit graphio verba pro nomine genuino nomen M. Terenti Eudoxi posuit. distichon hoc est:

‘Semper . . . unus sustentat amicos
et tenet et tutat, supstenet omne modu (= modum).

VIII.

Qui sculpsit anaglyphum XLI cellae Parthenonis (cf. Michaelis, Parthenon tab. XIII. xli) pallium iuvenis n. 127 e capite equino, quod antea fuerat, effecit.

IX.

Pausanias in describenda arca Cypseli V 17, 9 erravit, cum Herculem spectatorem in ludis funebris Peliae adesse contenderet. Herculem enim illum commutavit cum sene (Halimede), qui ante Amphiarai discedentis currum in vasis pictis solet sedere.

X.

Errant, qui ‘sonatam’ et ‘fugam’ pristinam multum valuisse contendunt ad eam formam ‘quartetti’ effingendam, quae nunc in usu est. plurimum enim valuit ‘serenata’ nocturna.
